

tario que de ello de fé, hagais informacion de los testigos que os fueren presentados por parte de la dicha órden ó monasterio, &c., á los cuales, bajo de juramento que primero hagan, preguntaréis y examinaréis al tenor de lo arriba contenido en la dicha petición, ó al tenor de las preguntas del interrogatorio ante nos presentado, ó que ante vos se presentare, sobre la vida, virtudes, santidad y milagros del siervo de Dios N., haciéndoles á los dichos testigos las demas preguntas y repreguntas necesarias para averiguacion de la verdad; y hecha la dicha informacion, originalmente, signada y firmada, cerrada y sellada, en pública forma, y en manera que haga fé, nos la remitid, para proveer justicia para ello, y compeler los dichos testigos, y compulsar cualesquier papeles, autos y derechos, tocante á lo susodicho, y para lo demas á ello tocante y concerniente, os damos poder cumplido, y cometemos nuestras veces, plenariamente, con facultad de escomulgar y absolver. Dada en, &c.

APROBACION DE LAS MISMAS SUMARIAS INFORMACIONES.

En tal parte, &c., el Señor D. N., &c., habiendo visto las sumarias informaciones precedentes, hechas por comision de su Señoría, á pedimento de tal órden ó monasterio, sobre la vida, virtudes, santidad y milagros del siervo de Dios N., &c., y los pareceres de los médicos, letrados y teólogos á quienes su Señoría las remitió, dijo, que aprobaba y aprobó las dichas informaciones, quanto ha lugar en derecho, interponia é interpuso á ellas su autoridad ordinaria y judicial decreto, para que valgan y hagan fé, en juicio y fuera de él, y mandó se les dén, á la dicha órden ó convento, y á su procurador, en su nombre, los traslados auténticos necesarios, signa-

dos y firmados, en pública forma, y manera que hagan fé, para en guarda de su derecho y presentarlos donde les convenga, y á ellos, siendo firmados por su Señoría y sellados con su sello, y firmados por el presente notario ó secretario, interponia é interpuso la misma autoridad ordinaria y decreto, como dicho es; y así lo proveyó, mandó y firmó, &c.

COMISION PARA HACER INFORMACION SOBRE LA VERDAD DE LOS MILAGROS.

D. N. Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N., &c. Dilectis nostris in Christo Reverendis N. N. et N. Salutem in Domino. Cum ad nostras devenerit aures, in oppido N. nostræ diocesis, ad imaginem Beatissimæ Virginis Mariæ de N. nuncupatæ, a nonnullis diebus citra magnum fieri concursum populi, sub eo prætextu, quod aliquot ibi edita fuerint, et in dies edantur miracula, volentes, ea qua possumus diligentia et sollicitudine, quemadmodum ex S. Concilii Tridentini decreto tenemur, de ipsorum miraculorum veritate inquirere, vobis de quorum solertia, pietate et fide, plurimum confidimus, commitimus et mandamus, ut ad locum superscriptum accedatis, et assumpto vobiscum aliquo Notario, omni diligentia et indagine, de præmissis informationes assumatis, et ad nos referatis, ut quid deinceps sentiendum sit, cum theologorum et aliorum piorum virorum concilio, deliberare valeamus. Dantes vobis, harum serie, facultatem, quascumque eujusvis gradus et conditionis personas ad perhibendum super præmissis veritatis testimonium, omnibus remediis, de jure opportunis, cogendi; ac interim etiam populi concursum, quatenus vobis expedire videatur etiam per censuras ecclesiasticas, prohibendi, ac reprimendi, aliaque faciendi, geren-

di et exequendi, quæ, in præmissis, et circa ea, necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

BULA DEL PAPA PIO IV, EN QUE SE PRESCRIBE Y DETALLA LA FORMA DEL JURAMENTO DE LA PROFESION DE FE QUE POR DECRETO DEL TRIDENTINO ESTAN OBLIGADOS A EMITIR TODOS LOS PROVISTOS PARA IGLESIAS CATEDRALES, DIGNIDADES, CANONGIAS, Y PARA CUALQUIER BENEFICIO CON CURA DE ALMAS.

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Injunctum nobis apostolicæ servitutis officium requirit, ut ea quæ Dominus omnipotens ad providam Ecclesiæ suæ directionem, Sanctis Patribus, in nomine suo congregatis, divinitus inspirare dignatus est, ad ejus laudem et gloriam incunctanter exequi properemus. Cum itaque, juxta Concilii Tridentini dispositionem, omnes quos deinceps Cathedralibus et superioribus Ecclesiis præfici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonicatibus, et aliis quibuscumque beneficiis ecclesiasticis curam animarum habentibus, provideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, sequæ in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros spondere, et jurare teneantur. Nos volentes etiam per quoscumque, quibus de Monasteriis, Conventibus, domibus et aliis quibuscumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militarum, a quocumque nomine vel titulo providebitur idem servari, et ad hoc, ut unius ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque, et certa illius forma cunctis innotescat nostræ sollicitudinis partes in hoc alicui minime desiderari, formam ipsam præsentibus annotatam publicari, et ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilii, et alios prædic-

tos spectat, recipi et observari, ac sub pœnis per Concilium ipsum in contravenientes latis, juxta hanc et non aliam formam, professionem prædictam solemniter fieri, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, districtè præcipiendo, mandamus hujusmodi sub tenore.

PROFESION DE LA FE.

Ego N. firma fide credo et profiteor, omnia et singula quæ continentur in Symbolo Fidei: quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem, Omnipotentem, factorem Cœli et terræ, visibilium omnium, et invisibilium; et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de Cœlis; et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et Homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas, et ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Patris; et iterum venturus est cum gloria judicare, vivos, et mortuos, cujus Regni non erit finis; et in Spiritum Sanctum Dominum, et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio, simul adoratur, et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas; et unam Sanctam, Catholicam, et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptismam, in remissionem peccatorum; et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas et ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes et constitutiones, firmissime admitto, et amplector. Item Sacram Scrip-

turam, juxta eum sensum, quem tenuit, et tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione Sacrarum Sscripturarum admitto; nec eam unquam, nisi juxta unanimum consensum Patrum, accipiam, et interpretabor. Profiteor quoque, septem esse, vere, et proprie, sacramenta Novæ Legis, a Jesu Christo Domino nostro instituta, ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Uctionem, Ordinem, et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesia Catholicæ Ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solemnè administratione, recipio et admitto. Omnia et singula quæ de peccato originali, et de justificatione, in Sacrosancta Tridentina Synodo, definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo, verum, proprium, et propitiatorium Sacrificium, pro vivis, et defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, esse, vere, et realiter, ac substantialiter, Corpus, et Sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis, in Corpus, et totius substantiæ vini, in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia transsubstantiationem appellat: fateor etiam, sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi. Constantè teneo, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari; similiter et Sanctos una cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas, firmissime assero; imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem, impertiendam; indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque

usum christiano populi maxime salutarem esse, affirmo. Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium ecclesiarum Matrem et Magistram, agnosco, Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis sucesori, ac Jesu-Christi Vicario, veram obedientiam spondeo ac juro. Cætera item omnia a sacris canonibus et œcumenicis concilliis, ac præcipue, a Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita ac declarata, indubitanter recipio, atque profiteor; simulque contraria omnia atque hæreses quasentque ab Ecclesia damnatas, et rejectas, et anathematizatas, ego pariter, damno, rejicio et anathematizo. Hunc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsentì sponte profiteor, et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis quorum cura ad me, in munere meo, spectabit, teneri, doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro, sic me Deus adjuvet, et hæc Sancta Dei Evangelia (*Sigue la bula*). Volumus autem, quod præsentès Litteræ, in Cancellaria nostra Apostolica, de more, legantur, et ut omnibus facilius pateant, in eis quinterno describantur ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ voluntatis, et mandati, infringere, vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. . . . Datis Romæ, &c.

Presentaré, por último al lector, la compilacion de las *Reglas del Derecho Conónico*, contenidas en las decretales de Gregorio IX y de Bonifacio VIII, sobre cuya

esposicion puede verse á los canonistas, y principalmente á los que han tratado esta materia ex profeso, como Agustin Barbosa, *in Colect. ad lib. 6 Decretalium.*

REGLAS DE LAS DECRETALES DE GREGORIO IX.

1. Omnis res per quascumque causas nascitur per easdem dissolvitur.
2. Facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.
3. Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.
4. Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum.
5. Quod latenter, aut per vim, aut alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate subsistere.
6. In ipso causæ initio non est quæstionibus inchoandum.
7. Quidquid in sacratis Deo rebus, et episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputatur.
8. Qui ex timore facit præceptum, aliter quam debet facit, et ideo jam non facit.
9. Offendens in uno factus est omnium reus.
10. Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, et pastor nescit.
11. Indignum est ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur.

REGLAS DEL SEXTO DE LAS DECRETALES.

1. Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica obtineri.
2. Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit.
3. Sine possessione præscriptio non procedit.
4. Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.
5. Peccati venia non datur nisi correcto.
6. Nemo potest ad impossibile obligari.
7. Privilegium personam sequitur, et extinguitur cum persona.
8. Semel malus semper præsumitur esse malus.
9. Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.
10. Ratihibitionem retrotrahi, et mandato non est dubium compari.
11. Cum sint partium jura obscura, reo favendum est potius quam actori.
12. In judiciis nen est acceptio personarum habenda.
13. Ignorantia facti non juris excusat.
14. Cum quis in jus succedit alterius, justam ignorantia causam censetur habere.
15. Odia restringi, et favores convenit ampliari.
16. Decet concessum a principe beneficium esse mansurum.
17. Indultum a jure beneficium non est alicui auferendum.
18. Non firmatur tractu temporis quod de jure ab initio non subsistit.
19. Non est sine culpa qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet.
20. Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

21. Quod semel placuit, amplius displicere non potest.
22. Non debet aliquis alterius odio prægravari.
23. Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.
24. Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.
25. Mora sua cuilibet est nociva.
26. Ea quæ fiunt a iudice, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistant.
27. Scienti et consentienti non fit injuria, neque dolus.
28. Quæ a jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentia sunt trahenda.
29. Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.
30. In obscuris minimum est sequendum.
31. Eum qui certus est, certiorari ulterius non oportet.
32. Non licet actori, quod reo licitum non existit.
33. Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.
34. Generi per speciem derogatur.
35. Plus semper in se continet quod est minus.
36. Pro possessore habetur qui dolo desiit possidere.
37. Utile non debet per inutile vitiari.
38. Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare.
39. Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo.
40. Pluralis locutio duorum numero est contenta.
41. Imputari non debet ei per quem non stat; si non faciat quod per eum fuerat faciendum.
42. Accessorium naturam sequi congruit principalis.
43. Qui tacet, consentire videtur.
44. Is qui tacet non fatetur; sed neque utique negare videtur.

45. Inspicimus in obscuris quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit.
46. Is qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debet.
47. Præsumitur ignorantia ubi scientia non probatur.
48. Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, aut jactura.
49. In pœnis benignior est interpretatio facienda.
50. Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem.
51. Semel Deo dictatum non est ad usus humanos ulterius transferendum.
52. Non præstat impedimentum quod de jure non sortitur effectum.
53. Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus.
54. Qui prior est tempore potior est jure.
55. Qui sentit onus sentire debet commodum, et e contra.
56. In re communi potior es conditio possidentis.
57. Contra eum qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda.
58. Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum.
59. Dolo facit qui petit quod restituere oportet eundem.
60. Non est in mora qui potest exceptione legitima se tueri.
61. Quod ob gratiam alienjus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.
62. Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.
63. Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri.
64. Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi.

65. In pari delicto, vel causa, potior es conditio possidentis.
66. Cum non stat, per eum ad quem pertinet, quo minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset.
67. Quod alicui, suo non licet nomine, nec alieno licebit.
68. Potest quis per alium quod potest facere per seipsum.
69. In malis promissis fidem non expedit observari.
70. In alternativis debitoris est electio, et sufficit alterum adimpleri.
71. Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum multo magis admittendus.
72. Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum.
73. Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, a quo non potuit inchoari.
74. Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.
75. Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, qui fidem a se præstitam servare recusat.
76. Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.
77. Rationi congruit ut succedat in onere, qui substituitur in honore.
78. In argumentum trahi nequeunt quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.
79. Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.
80. In toto partem non est dubium contineri.
81. In generali concessione non veniunt ea quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.
82. Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere.
83. Bona fides non patitur ut semel exactum iterum exigatur.

84. Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti.
85. Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur.
86. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare.
87. Infamibus portæ non pateant dignitatum.
88. Certum est quod committit in legem qui, legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.

FIN DEL APENDICE.